

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1231 - 1232

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

emerat in ipsa civitate Argentinensi, pro remediis animarum patris et matris sue, mariti ipsius, propria et nostra communiter salute. ne igitur quisquam heredum prefate sororis nostre domine *Alheidis* memoratam donationem valeat irritare, nos, qui ipsius de jure sumus advocati, presentem ratihabitionis nostre litteram conscribi
 5 fecimus et sigilli nostri munimine roborari. actum Argentine in cenobio sancti Marci anno ab incarnatione domini 1231.

S aus Straßb. St. A. Iad. Chartreuse-Oberhausbergen or. mb. c. sig. pend. mutilato.

226. *Pabst Gregor IX entscheidet über die Besetzung einer Præbende am Straßburger Domcapitel. 1231 März 20—1232 März 20.*

10 Gregorius episcopus servus servorum dei venerabili fratri Argentinensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. venerabilis frater noster Portuensis episcopus supplicavit nobis, ut, cum quandam prebendam, que in Argentinensi ecclesia tandiu vacaverat, quod donatio ejus erat ad sedem apostolicam devoluta, J. clerico contulerit, dum in illis partibus legationis officio fungeretur¹, suam collationem
 15 benigno prosequeremur affectu. . . . verum procurator Argentinensis^a capituli proposuit ex adverso, quod idem capitulum hoc audito consuetudinem allegans antiquam inviolabiliter observatam, juxta quam nullum nisi nobilem et liberum et ab utroque parente illustrem, honestæ conversationis ac eminentis scientiæ in suum consortium hactenus admiserant, ne contra hoc fieret, maxime cum nulla tunc
 20 prebenda vacaret, antequam monitorias vel executorias litteras recepisset, ad sedem apostolicam appellavit. . . . nos igitur attendentes, quod non generis sed virtutum nobilitas vitæque honestas gratum deo faciunt et idoneum servitorem, ad cujus regimen non multos secundum carnem nobiles et potentes elegit sed ignobiles ac pauperes eo, quod non est personarum acceptio apud ipsum et vix ad culmina
 25 dignitatum nedum prebendas viri eminentis scientiæ valeant reperiri, exceptiones hujusmodi non duximus admittendas. . . . discretioni vestre mandamus, quatenus, si vobis constiterit predictam prebendam vacasse, quando ipsam dicto J. contulit episcopus memoratus, ipsum ad eam recipi faciatis. datum . . . pontificatus nostri anno quinto.

30 *Aus Grandidier Oeuvr. inéd. III, 325 nr. 328 (ex decretalium Gregorii noni libro tertio).*

227. *Pabst Gregor IX beauftragt den Bischof, den Prior der Dominikaner und den Domcanonicus Hermann von Erenberg zu Straßburg, gegen das ausschweifende Leben der Nonnen des St. Stephansklosters daselbst eventuell mit Ausweisung einzuschreiten. 1232 April 2 Rieti.*

35 Gregorius episcopus servus servorum dei venerabili fratri episcopo et dilectis filiis priori fratrum predicatorum et H[ermanno] de Erimberc canonico Argenti-

a) *Grandidier Argentini.*

¹ *Cfr. nr. 196 not. 2.*